



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

IV. Motiva zelum excitantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

*Sed excita te meditatione huius: Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum: reddet autem, non secundum proventum, sed secundum laborem uniuscujusque. Planta, inquit S. Bernar. ad Eugen. rige, fer curam, & tuas explevisti partes: sane incrementum, ubi voluerit dabit Deus; ubi forte noluerit, tibi deperibit nihil.*

*Pericula quoque cavenda duo. Primum, ne zelus in amorem sensualem & vitium gula desectat, & vana ex esculentis & poculentis recreatiuncule querantur, quod vile nimis & abjectum est. Alterum ne affectus initio spiritualis paulatim degeneret in carnalem. Sape videtur esse charitas, & est magis carnalitas, ait Thomas de Kempis l. 1. c. 15. Hoc periculum graphicè depingit B. Angela de Fulginio, in vita c. 16. Quomodo paulatim amor evadat sensualis crescat, obnubilet, excacet, ad parva inducat, ac deinde in majora peccata precipitet.*

IV. Motiva zelum excitantia.

I. *Excita nonnunquam in te stacessentem zelum consideratione moti voris aeternorum, quorum primum est, gloria maxima Dei, & gaudium quod in conver-*

sione animarum Deo & Angelis creamus. Magna festivitas Deo, humana salus: inquit Origenes, & lucrum Creatoris, salus creatura, ait S Hieronymus. Quod si vel unicam animam laboribus tuis damnationi ereptam ad cœlum dirigas; quis capiat, quanta inde Deo gloria accrescat: major sanè, quàm ab omnibus mortalibus in hac vita precisè Deo parta fuerit: quid enim omnes in hac vita præstitere, finitum est, quod verò anima illa per te adjuncta in cœlo præstabit, aeternum est; finiti autem ad infinitum nulla est proportio. Taceo quod impediās, aeterna, quæ aliās in Deum evomuisse, maledicta; summoque eam beneficio afficias, dum illam ab incendiis aeternis liberās, & aeternis in cœlo deliciis, gaudiisq; beas.

II. Motivum alterum est pretiosissimum Jesu Christi Redemptoris nostri sanguis pro anima qualibet effusus. Quantum pretium, inde valorem unius anime estima. Hæc est tota anime dignatio, ait S. Bernardus: etenim valor rerum desumitur ex pretio; hinc animam appellat dignam sanguinis Christi compensationem.

Quis

Quis igitur labor durus videri debeat?

III. Motivum pulchritudo anima, de qua dicere solita S. Catharina Senensis: si quis eam videret, si posset, centies in die pro ea mortem oppeteret.

IV. Motivum: prater gaudium & letitiam; complacentiam & Gloriam, quam Majestas divina tota aeternitate in anima ista per te ad caelum directam habebit; quanta in te inde per totam aeternitatem redundabit letitia, gloria, exultatio? quas anima illa Deo salutis suae auctori, & tibi velut Dei instrumento aeternum rependet grates?

#### V. Praxis Conversationis.

I. **E**Xiturus ad conversandum ac fructificandum, Spiritus S. gratiam implora, ut linguam tuam dirigat, verba suggerat, auditores moveat, quò scopum tibi prefixum obtineas. Deinde si zelo animarum & amore Dei astuaveris, necesse non erit suggerere quid loquaris: nam ex abundantia cordis os loquetur: & cujusque necessitas spiritualis opportunitatem & animam dabit, aut instruendi, aut consolandi, aut animandi.

II. Si